

**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 1**

Wednesday 19 November 2003 (afternoon)

2 hours

---

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer both Section A and Section B.
- The use of dictionaries is permitted for paper 1.

**SECTION A [35 MARKS]**

*Translate into English the section of the following passage indicated between the asterisks. A translation of the rest of the passage appears on the facing page.*

**1. Roman envoys report that Hannibal is urging the Seleucid king, Antiochus III, to make war against Rome.**

Vixdum hi profecti erant, cum a Carthagine legati bellum haud dubie parare Antiochum Hannibale ministro attulerunt inieceruntque curam ne simul et Punicum excitaretur bellum.

\* Hannibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est, et erat apud regem in magno honore, nulla alia arte nisi quod uoluitanti diu consilia de Romano bello nemo aptior super tali re particeps esse sermonis poterat. Sententia eius una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur: Italiam et commeatus et militem praebituram externo hosti; si nihil ibi moueatur liceatque populo Romano uiribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere, neque regem neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naues et decem milia peditum, mille equites deposcebat: ea se classe primum Africam petiturum; magno opere confidere et Carthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse; si illi cunctentur, se aliqua parte Italiae excitaturum Romanis bellum. \*

Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere et in aliqua parte Graeciae copias continere neque traicientem et, quod in speciem famamque belli satis sit, paratum traicere.

LIVY 34.60.1-6

Scarcely had they left when envoys from Carthage brought word that Antiochus was undoubtedly preparing for war with the assistance of Hannibal; and this inspired a feeling of anxiety in case a Punic war was being stirred up at the same time.

The king, he insisted, should cross into Europe with all the rest of his forces, and keep his army somewhere in Greece, not crossing to Italy, but ready to cross; for that would be enough to give the appearance of aggressive intentions and give rise to rumours of invasion.

H. Bettenson (adapted)

**SECTION B**

Answer **all** the following questions, which relate to the passage in Section A.

2. Identify **two** examples of Livy’s practice of alternating between direct and indirect speech. What effect do you think he is trying to achieve in the examples you have chosen? *[3 marks]*
  
  3. Show how Livy portrays any **two** features of Hannibal’s character. *[2 marks]*
-